Actum in Castro Premyslien. Feria Quarta in Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto. 23/VI

Glinka et Topolski mutuo sibi Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien.
Generosi Stanislaus Glinka ab una et Stephanus Topolski ab altera partibus
Sani mentibus et corporibus existentes a Iuris Districtibus Iudiciis Iurisdictio-
nibusque suis quibuscunque recessis et competentibus Praesenti Iurisdictioni
Castren. Capitan. Premyslien. quoad Actum hunc Actui se cum Successoribus ac
Posteris Suis quoad omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo
palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum Seorsim
Suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri
ac posteris utriusque partis Se ac Suos Successores in et super bonis Suis quo omni-
bus ac Summis pecun. quibuscunque habitis et habendis Inscribunt et obligant
mocentibus Intercisam certam inter se Reales ratione certarum rerum et
Conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et data eiusdem hic Premysliae
die hodierna in Actu contentum confectam manibus suis Roboratam ab utrinque sub-
scriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis Clausulis
articulis verbo ligamentisque ac nexibus quibuscunque firmiter tenere complere
exequi ac inviolabiliter observare, omniaque et singula illius contenta tam
in toto.

1292

in toto quam in quavis minima parte satisfacere praefatam Inscri
ptam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam
ad praefatam Inscriptam Dimissam in toto referendo. Idque sub vadio Sex
centorum Quinquaginta florenorum pecuniae polonicae per partem parti cum Succes
soribus utriusque partis ob non completionem contentorum Inscriptionis praefa
tae tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit
ad solvendum Succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum
Succumbendo ac re aliqua principali ex contentis Inscriptionis praefatae non completa
complendo ob praemissa Citata exnunc mota pars una praemissa non tenens
sive illius posteri Ad instantiam partis alterius praemissa tenentis sive illius
posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc racione fori
Suprascripti quoad unum praedicti mediante semper in primo Citationis termino
stanquam peremptorie Stare Comparere Vadium praetactum luere
Inscriptioni huic satisfacere ac omnem Iusticiam pati debebit et tenebitur
Idque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant. Illumque
terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes
eiusdem terminos semper peremptorios vera in firmitate. pro Maiori
Minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Mi
litari ad Munimenta ad Curatorem vel alijs quibusvis Dilationibus et legali
bus impedimentis non differendo ad Quaestionem Ultra proximos terminos Offi
cij praefati Castrensis Premysliensis Dilationem sibi non recipiendo Nullas que
Motione Appellationes earumque prosequutiones faciendo ac praemissa omnia
sortis simplicibus vel triplicatis Exceptionibus Suspensionibus fatalibus Tem
poris praescriptione terrestri bello conventioneque ac alijs quibusvis Iuris remedijs
et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Stricte sub poe
nis personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Adm Rndus Bolestrassycki Sorori Suae Tenetur

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus personaliter comparens

Perillus